

69.
potens pater. In lumine tuo filio. lumen videbimus
sp̄s sc̄i. Sicut ipse dñs ostendit dicens. Accipite sp̄m
sc̄m. Et alibi. & virtus exiabat de eo. Ipsum autē
patrem quis dubitā lumen esse. cum lectum sit de
filio eius. quia splendor est lucis aeternae. Cuius
enim. nisi patris splendor est filius. quid & cum patre
semper est. nec dissimili. sed eadem claritate pre
fulget. Et esaias significat. non solum lucem. sed
& iam ignem esse sp̄m sc̄m dicens. Et erit lux israhel
in igne; [†] qui in tribus istis generibus. propensius ma
iestatem diuinitatis aduertimus; quō & sc̄ificare di
uinitatis. & illuminare ignis. & lucis est proprium.
& in specie ignis exprimi. vel videri diuine est con
suetudinis. Dñs enim est ignis consumens. Sicut
moyses dixit. Vidit enim ipse in rubo ignem. & au
dierat dñm tunc. quando vox facta est de flamma
ignis ad eum dicens. Ego sum dñs abraham. & dñs isaac.
& dñs iacob. Vox ergo de flamma. & in rubo flamma.
& flamma non noxia. Urebat enim rubus & non
exurebatur. eo quod illo mysterio dñs figurare
tur. Quia & illuminaturus spinas nostri corporis

† Itaq; propheta eum in igne ardenti uidit.